

C. M. D. V.
Sacra Connubialia,
Quæ
NOBILIS atq; CONSULTISSIMUS VIR
DN. CHRISTIANUS FRIEDRICH,
Utriusq; JURIS LICENTIATUS,
Nobilissimis & Amplisf DNN. SCABINIS
INCLUTÆ VRATISL. REIPUBLICÆ
à Secretis,
secundùm SPONSUS,
Cum NOBILISSIMA VIRGINE
ROSINA MARIA SCHILLINGIA,
Nobilisf. Strenui & Amplisf. VIRI
DN. SIGISMUNDI SCHILLINGI
ab Hartlieb
quondam- SENATORIS REIPUBL. VRATISL.
inter Primarios præclarè meriti,
relictâ, natu majore, FILIA,
lectissimâ SPONSA,
ad D XXVI. NOVEMBR. ANNI M DCXLVI.
BONIS OMNIBUS APPLAUDENTIBUS
solemniter peraget;
felicia, fausta, atq; fortunata
UTRIQUE SPONSORUM
animitus comprecantur
FAUTORES & AMICI.

BRESLÆ, exprimente BAUMANNO.



Et pietas, & amor, certiq; scientia
 juris,
 Conveniant unâ num bene sede,
 rogas?


Sanè conveniunt, & in unâ sede morantur,
 Exemplo Sponsus quod probat ipse suo.
 Cui pietas & pura fides, cui candor & æquum
 Certatim laudes contribuere suas,
 Cuiq; novas meditatur amor succendere tædas,
 Nec vult in viduo porro cubare toro.
 Quam bene, Sponse! tibi, voveo quod pectore toto,
 Sic nunquam deërit gratia larga Dei.
 Sic pietate Deus colitur, sic jure juvatur
 Proximus, ipse novo vivis amore diu.

Lipf. scrib.

ABRAHAM Teller

SS, Th. Lic. ad D. Nic.

Archid.




Qui

Qui Scævolas, Caselliosq; inter catos,
 Et cæteros, forense regnum qui tenent
 In urbium hac Silesiæ inclutissimâ,
 Haud ultimum merito locum sic possides,
 Laudabili ut doceas simul spectamine,
 Eusebeam Theming; posse pectore
 Posuisse in uno firma sat cubilia,
 FRIDRICE; & his, & pluribus virtutibus
 Mereris, ut tuis precemur nuptiis,
 Quæ tibi, tuæq; grata sint SCHILLINGIÆ.
 De me; fateri hoc sit satis: Nam plurimæ
 Brevem esse nunc causæ jubent. Saltim unicum,
 Sed cuncta clamo continens, FELICITER.

L. m. q; fac.

M. ELIAS MAJOR P. L. C.
 Gymnasii Vratislaviensis Elisabetani
 Rector & Profesor, cæterarumq;
 ibidem Scholarum Inspector.



Siccine conjugii jam vota secunda capessis,
 Teq; piget vacuo, Collega, jacere cubili?
 Hoc factum multis fortasse videbitur audax.
 Nam nosti, viduum moneat quid Græculus ille:
 Qui repetis tædas defuncta Uxore jugales,
 Infestum repetis, fractâ rate, naufragus æquor.
 Hoc si Tu verbum in pectus demittis, amabis
 Littus, naufragii metuens, timidusq; procella.

Verum

*Verum derides Veterum gentile cavillum,
Regis & Hebraei potior sententia visa est:
Cui studiosa domus Conjux est navis onusta,
Quæ peregrè advectat pretiosæ munera mercis.
Ergo, cum teneat conjux tua prima salutis
Portum, Teq; vagis jactandum liquerit undis,
In viduâ statione caves harescere semper,
Jamq; novâ tentas Pontum sulcare carinâ.
Scilicet expectas felicem Numinis auram,
Quæ mare tranquillet, quæ sternat dira pericla.
Eveniat tibi, quod speras, ventisq; secundis
A viduo da vela toro, sit navis opima,
Uxor, & ex alto Te cingat gratia Christi:
Quodq; Tibi spondet faustum cognominis omen,
Perpetuò hisce bonis opulentâ in pace fruaris.
Sic post prima tibi sunt vota secunda secunda.*

Honoris & lætæ congratu-
lationis E.

scripsit

CHRYSOSTOMUS Schullz
Leorin. Silei.

Flos Hominum, quibus est indulta Licentia sum-
DOCTORIS gemino scandere jure Gradum; (mū
Ductus ut ad nostras, Duce Te Patre, Filius umbras
Artidocæ fieret portio grata Domus,
Unicus, a jebam, venit hic, nec Frater habetur?
Non, ais: & Genitrix funere facta cinis,

Spes

Spes equidem Sobolis moritur: moriente Maritâ:
Sed venit in viduum nunc nova Nupta torum:
Inter patricias SCHILLINGIA fulgida Nymphas,
Prima sui Sexus gloria, gemma Domus.
Spes nova de Nato, Nati de Fratre, refulget:
Prolificum jubeat si Deus esse Torum:
Si veterem quasro restauret in osse Vigorem.
Nemo Viri Vires, ni DEUS addat, habet.
Det, precor, is Virēs, det plures ordine Natos,
Det Nato Fratres & mihi Discipulos.
Non nisi PACIFICOS gignet FRIDERICUS, & orbis
Defieri clamat non nisi PACIFICOS.
Quo plus est Hominum, per Tempora, PACIFICORUM:
Hoc est Eutychie plus, minus Interitus.

Felicissimam ^{deute & yavlian}
precatus scribebat
M. HENRICUS CLOSIUS
Gymnaf. Magdal. Rector.

Et TIBI, contractus qui Jura, ut cætera, calles
Perbenè, FRIEDRICHI, rare Themistos Honor:
Contractum rursum est? *QVÆ RES BENE VORTAT!* &
Exhilaret viduæ TE, nova Nupta, Domus! (Auctrix
Contractum verè est. Quod vero dissonat, illud
Omne celer rapidis obruat Aura vadis!
Dia Fides veri contractus Nomina firmat,
Firmè vestra liget Nomina, dia Fides!

Contractus

Contractus Lex est. Vestrum sit uterq; , per ævum ,
Tàm sibi , quàm socio Lex animata Toro.
Sic bene res vortet: nec TE , post damna, resumpti
Contractus , poterit penitus se domi.
CUTSCHREUTERADIS Lygiæ , SCHILLINGIA Breslis
Fecundas Thalami spondet obire vices.
Et quæ Contractus firmarint cætera Leges ,
Præstabit charo Nupta fidelis Hero.
Cum rata Contractus per Legum vincula constant ,
Aut datur acceptum , quod cupis ; aut fit opus.
Hic simul acceptum ; fieri quod Uterq; voletis ,
Quod dabitis , junctim quod capietis ; erit .
Sic erit : Et fausto Contractus ut omine cœpit ,
Stet faustus multos , NUMINE DANTE , Dies !

Amicitia: sinceræ ad finem
Adfectum contestaturus
sic ominabar , sic precabar

M. VALENT. KLEINWECHTERUS.

DUM FRIEDRICUS honos nitens Themistos,
Virtutis columen sagax & æqui,
Candor noster amorq; singularis,
Exosus viduum cubile , rursus
Ad tædas animum applicat maritas,
SCHILLINGAM & sibi musteam puellam
In fædus thalami sacri jugare
Pergit , quid reputemus q̄ amici

Nostri

Nostri muneris ? Ore nempe juncto
Ut FELICITER illud accinamus ,
Signatis tabulis , Bonumq; Factum .
Sit FELICITER ó amice Sponse !
Sit FELICITER ó venusta Sponsa !
Sit FELICITER ó prior propago !
Sit FELICITER ó futura proles !
O FELICITER ó BONUM QUE FACTUM !
festinanter , sed ex animo
f.

MATTHIAS MACHNERUS ,
Reipubl. VratisL. ab expedi-
tionibus Latinis , & in Judi-
ciis Ecclesiastico ac Orpha-
nor. Notarius.

CHRISTIANUS FRIEDERICH

ναὶ ἀναγερμα

Sin dure? reficit CHARIS.

Cum Nerei commoror Æolus tonat ,
Bacchaturq; furor Noti ;
Aquariusq; laxat elices aquæ
Et Nautas facit uvidos :
Charitonius Titan quod uvidum videt ,
Abstergens , reficit face .
Inter frequentes Curia: curas meæ ,
Et presæ lachrumas domûs ,
SCHILLINGIANA me sui vultûs face
SIN DURE , REFICIT CHARIS.

M. JOANNES CUTSCHREUTERUS Sil.

ο(ο

Nostri generis : O te nempe iungo
Ist' auctorit' illi' admodum
Signata tabula; honore t' obsequi
In Fricter' d' amic' p'p'et'
In Fricter' d' amic' p'p'et'
In Fricter' d' amic' p'p'et'
In Fricter' d' amic' p'p'et'
O Fricter' d' amic' p'p'et'
Ist' auctorit' illi' admodum

Mittitur d' amic' p'p'et'
Ist' auctorit' illi' admodum
Signata tabula; honore t' obsequi
In Fricter' d' amic' p'p'et'
In Fricter' d' amic' p'p'et'
In Fricter' d' amic' p'p'et'
In Fricter' d' amic' p'p'et'
O Fricter' d' amic' p'p'et'
Ist' auctorit' illi' admodum

Charitatis Tunc quod uisum videt
Abstergens, restitit face.
Inter fruentes Cutis curas nec,
Epistles lachrimas domas,
Schillingiana de sui vultus face
Sin pure, restitit Charis
M. JOHANNES GUTSCHMIDT PRINCEPS